Tum ad ſalutandum non cynaedus mage uſque ſaltat quam ego

Pal. Quid ad illas artes opteſ, ſi optio veniat tibi

Per Huius promeritis vt referri pariter poſſit gratia

Tibique quibus nunc eſſet experioſum meae ſollicitudini

Ple At eſt tanto ſumptui eſſe mihi moleſtum eſt. Per mortuus eſt.

Nam in mala uxore atque inimico ſi quid ſumat ſumptum eſt.

In bono hoſpite atque amico queſtus eſt quod ſumitur.

Et quod in diuinis rebus ſumas ſumptu ſapienti lucroſt.

Deum uirtute tranſeuntem hoſpitio accipere apud me eſt comitas.

Es bibe. animo obſequere mecum. atque onerato hilaritus mee

Libere ſunt edis. liber ſum autem ego. me uti volo libere.

Nam mihi deum uirtutem dicam propter diuitias datas

Licuit uxorem dotatam genere ſummo ducere.

Sed nolo mihi oblatratricem in edis intromittere

Ple Quor non uiſ. nam procreare liberos lepidiſſimum eſt. lepidus ſermo

Per Hercle uero libertum eſſe id multo eſt lepidius.

Tu homo & alteri ſapienter potiſ es conſulere. & tibi

Nam bona uxor ſi ea deducta eſt uſquam gentium,

Vbi ea poſſit inueniri. uerum egone eam ducam domum.

Que mihi numquam hec dicat, eme mi uir lanam, vende tibi pallium.

Malacum & calidum conficiat. tuniceque mi hiberne bone

Ne algeam hac hyeme. hoc hoc numquam verbum ex uxore audiam.

Verum priuſquam galli cantent que me ſomno ſuſcitet

Dicat da mihi vir klendis meam qui matrem veneret

Da qui faciat condiat, da quod dem quinquatribus.

Precantatrici. & lectrici. ariole. atque aruſpice.

Flagitium eſt ſi nihil mittet. quo ſupercilio aſpicit.

Tum partica clementer. non pota eſt inquit munere.

Iam pridem quia nihil abſtulerit, ſuccenſet celaria.

Tum obſtetrix expoſtulauit mecum parum miſſum ſibi.

Quin nutrici non miſſurus quicquam que uernas alit

Hec atque huius ſimilia alia damna multa mulierum.

Nunc uxorem prohibui mihi & que huius ſimiles ſermonis erant.

Sumptus uxorij

Pal Di tibi propitij ſunt hercle. nam ſi iſtam ſemel amiſeris

Libertatem: haud facile in te eundem rurſus reſtitues Locum

Ple At illa laus eſt magno in genere & in diuitijs maxumis.

License: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 146v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/fr/fmb/cb-0138/146v)